ROM. IMP.
AQVILA SENESCENS.
SIVE
DISCURSUS
DE

STATIBUS IMPERIO EXEMTIS.

QVAM DIVINA ANNUENTE CLEMENTIA
ET
MAGNIF. JCTORUM ORDINE
SUFFRAGANTE
Præside
VIRO NOBILISS: AMPLISS: CONSULTISS: ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. JOHAN. ANDR. GERHARDO,
J. U. D. CELEBERR. PATRONO ET PRÆCEPTORE SUO OMNI OBSERVANTIA CULTUQVE PROSEQVENDO

PUBLICÆ VENTILATIONI SUBMITTIT
MICHAEL ERNEST. Mattenberg/
GOTHANUS.
AUTOR.
AD DIEM MARTII.




JENÆ,
Typis, GEORGI SENGENWALDII,
Anno M DC LXI.



JESU!

PRÆLOQUIUM.



Vid tam stabile inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur immutationem? a *Æterna lex dicta omni huic mundo; nasci, denasci, oriri, aboriri.* b Oppidis, Rebusp: regnis, ut hominibus, singulis adolescentia sua, robur, senecta, mors; incipiunt, crescunt, stant, florent, intereunt, decrescunt, labant, marcescunt, ut difficiliùs sit provincias retinere, quàm facere. c *Urgentibus Imperii Rom: fatis*, inquit Tacitus, d *nihil jam fortuna magis poterat præstare, quàm hostium discordiam*: Sed & nihil valentius ad evertendam eorum potentiam invenisse videbatur, quàm si diffidentibus illis horum animos jungeret. * *Quidquid hic & alter orbis complectebatur, victrix Aquila stridore terrebat suos.* e Sed hodiè ita denudata, ut cujus potentiam vix totus terrarum orbis capiebat, jam minus ferè Germaniæ fines contineant.

NOTÆ

* *Quicquid hic & alter &c.*) *An Imperator sit mundi Dominus?* non nudius tertius quæsitum; cùm *sibi ipsi hoc nomen indat.* a Quam quidem sententiam adeò mordicùs defendit Bart. b *ut hæreseos eum damnet, qui diceret, dominum Imperatorem non esse Dominum & Monarcham totius orbis*, & Hostiensis *mortaliter eos peccare* ait, *qui subjectionem hanc Rom: imperio detrectent.* c Verùm Grotius: d *Stultum esse hunc titulum.* Molin: e *ridiculam sententiam* appellat. Equidem Bartolo hæreticus videri malim, quàm Imperatorem mendacii arguere. Voces itaque *mundus, orbis, orbis universus*, restringendæ ad subjectam materiam, seu ad eam mundi partem, cui præfuére, & adhuc præsunt Impp. orbem puta, qui alicubi dicitur cum epitheto *Orbis Romanus*: f Et verba Evangelii d. l. à Br. citatæ parum ipsum juvant, cùm in iisdem sacris sola Judæa veniat nomine τῆς οἰκουμένης. g Nec *Danielis vaticinium* valdè obstat, *quod multo majora Primæ Monarchiæ tribuit*, eam tamen totius Mundi fuisse dominam, nemo ne febricitans quidem somniavit.

a *Nov. 7. c. 2.*
b *Lips. l. de const. c. 16.*
c *Flor IV. 12 29 II. 17. 8*
d *de mor. Germ c. 33*
e *Nov. 9. præfat. Nov. 26. c. 2.*

a *l. 9. ad l. Rhod. d. jact.*
b *ad l. 24. de capt. & postlim.*
c *Kirchn. Orat. p. 343.*
d *2. d. J. B. & P. c. 22 n. 13.*
e *tom. 1. de J. & J. tr. 2. disp. 30.*
f *l. 17. ff. de stat. hom.*
g *Luc. 2. v. 1 Grot. d. l.*

Perſpicienti mihi res Pop. Romani, *ad conſtituendum ejus imperiũ non temerè virtus & fortuna contendiſſe videntur.* a Tot enim laboribus periculisque jactatum, in tot formas mutatum, ut vix Ovidii Vertumnus b *tam aptè formas fingeretur in omnes.* In totâ enim Repub. Rom. à prima Trib. Pl. nativitate, usque ad imperium C. J. Cæſaris ecquis conſenſus obedientium? quis annus expiravit ſine contentionibus Patrum & Plebis, ſine ſeditionibus, ſine ſeceſſionibus? *Urbem Romam,* inquit *Tacitus*, c *à principio Reges habuére, libertatem & Conſulatũ L. Brutus inſtituit, Dictatura ad tempus ſumebantur, neque Decemviralis poteſtas ultra biennium, neque Tribunorum militum conſulare jus diu valuit. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio: & Pompeji Craſſiq; potentia citò in Cæſarem. Lepidi atque Antonii arma in Auguſtum ceſſére, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa, nomine Principis* (1) (*lege Regiâ latâ* d) *ſub imperium recepit. Populus enim Rom. ferendæ libertatis impar, ſalvus eſſe non poterat, niſi beneficio ſervitutis.* e & tot millia hominum pugnabant, non an ſervirent, ſed cui; *eaq; conditio imperandi erat, ut non aliter ratio conſtaret, niſi uni redderetur.* f Hanc Reip. formam, quæ per Auguſtum introducta eſt, *Principium* vocat Suetonius. g *Hic jam ipſa juventus imperii, & quaſi quadam robuſta maturitas, qua poſtea ſenſim conſenuit atque decoxit.* h

Hoc tantum imperium, diviſione in Orientale & Occidentale factâ, fœdè dilaceratũ fuit. Conſtantinus enim Imperii ſede Conſtantinopolim translatâ, *alterum Orientale, Occidentale alterum* conſtituit; ubi & *bicipitem Imperii aquilam natam quidam putant,* ſed falsò, ut Limnæo videtur. i Poſteà Orientalibus Impp. Occidentem negligentibus, vel tueri non valentibus ad (2) *Karolum M., Francorum Regem*, rerum ſumma devenit, qui à Papa in auxilium vocatus, Deſideriô, Longobardorum Rege, victô, præter Apuliam & Siciliam, totam Italiam ſubjugavit. Extinctâ poſteà ſtirpe Karolinâ in Germania, rejectâq; in Gallia eâdem, (3) *ad alios Germaniæ Principes* Regnum devenit, conventumq; ne alii quàm Germano Imperii faſces traderentur. Cùm verò Germani partim domeſticis curis, partim bellis abſtracti,

a *Flor. præf. n. 2.*
b *14. Metamorph. f. 15.*
c *Tac. A. I. 1.*
d *§. 6. J. d. J. N. G. I. 1. §. 7. de vet. jur.*
e *Senec. 5. benef. 16.*
f *Tac. A. 1. 6. l. 2. § 11. d. O. J.*
g *c. 31. in Tiber.*
h *Flor. præf. 7. 8.*
i *de jur. Pub. l. 14. 12, 13.*

ad extera Regna animum advertere non possent, varias elabendi vias illa quærebant, quò se horum jugo subducerent, quæ postea ipsius Germaniæ Principes, ne segniores aliis in vindicandâ libertate viderentur, secuti subinde erga Regnum German. indissolubili vinculo Imperio annexum, reverentiam & obedientiam exuerunt. Hinc *quidam à Jurisdictione Imperii Romano Germanici sese totaliter* (4) *exemerunt*, vel *ab aliis exemti tàm quoad onera, quàm recognitionem Imperialis Majestatis*, adeò, ut qui olim subjecti erant Imperio, malam ei hodiè retribuant gratiam. Illius censûs sunt (5) *Pontifex, qui partim titulo donationis, partim aliis ex causis totam ferè Italiam sibi vendicat*, Rex (6) *Galliæ*, (7) *Hispaniæ*, (8) *Angliæ*, (9) *Daniæ*, (10) *Poloniæ*, (11) *Ungariæ*, (12) *Respublica Veneta*, (13) *Genuensis*, (14) *Lucensis* (15) *Belgarum fœderatorum*, & (16) *Helvetiorum*. *Hujus* (17) *Borussia* (18) *Livonia*, & Pacificatione Osnabrugensi inter Cæsari Majest. & Regem Christianiss. (19) *Landgraviatus Alsatiæ, cum Præfecturâ Hagenoensi, itemque Episcopatu Metensi*, (20) *Tullensi*, & *Virodunensi* in refusionem bellicorum sumtuum cum omni jurisdictione & superioritate Coronæ Gallicæ incorporata. *Quidam imperio exemti sunt, quoad onera quadam. & contributiones; non tamen spretâ Imperatoris & Imperii majestate*: ut sunt (21) *Rex Bohemiæ*, (22) *Archi-Dux Austriæ*, (23) *Dux Burgundiæ*, & (24) *Lotharingiæ*, & omnes ferè Italiæ Principes, ut *magnus Dux* (25) *Hetruriæ*, qui (26) *Senam* & (27) *Pisas* aliasque urbes Imperio subtraxit, *Dux* (28) *Mantuæ*, qui idem Montisferrati Marchio, (29) *Sabaudiæ* (30) *Mediolani*, *Farnesiorum Familia* respectu (31) *Parmæ* & *Placentiæ*, & alii Comites & Marchiones infiniti, qui Imperii majestatem comiter observant, nec incongruè k *honorarii cives* dici merentur. Ipsi etiam Italiæ Principes, & Comites S. Imperii Vasalli investituræ renovationem petunt, *ac superioribus Imperii turbis intestinis, aliquoties extraordinariâ collatione Imperii Majestati subvenisse, se ex literis Imperialibus, per Cæsareæ Maj: legatum, Comitem de Ravetta, ad Italiæ Principes & vasallos Imperii missis, dum Romæ esset, cognovisse* scribit Nic: Mylerus. l. *Quidam Imperii status ab immediatâ Imperii subjectione, salvâ tamen manente jurisdictione Imperii, eximuntur, mediatique, per alios imperii status immediatos, efficiuntur*,

k *Gold. in præf.* der Reichsh. *ad Duc. Würtenb.*

l *de stat. Imp. p. 149. n. 8.*

veluti si Princeps Imperii, Dux vel Marchio, Comitem, Baronem, Abbatem, civitatem imperio immediatè parentem, *suum Landsassum suamq; civitatem provincialem esse adfirmat*, Wenn ein Stand des Reichs den andern aus des Reichs Anlagen / und Matricul ausziehet / und Jhn auf den Reichs Tägen vertrittet. m Quid denique (32) *oppignorationibus Imperio sit detractum, inter omnes constat.* Lacerata hac ratione Imperii occidentalis purpurâ, (33) *orientalis, expugnatâ anno 1453. Constantinopoli, planè ablata.* Sic plurimis plumis Aquilæ evulsis, imperium hodiè desperata propè reparatione non est nisi *tenuis magni corporis umbra & palea è pingui spica.* Manebit tamen propitio fato quamdiu hic Orbis.

m R. A. d. anno 154'. § doch sollen R. A. d. anno 1548. §. als auch durch.

NOTÆ

I. LEge Regia.) Lata fuit hæc lex *tempore Augusti*, unde & *lex Augusti* vocatur. a It. *Privilegium Augusti.* b Dicta autem sic, *quòd Imperatores l. hac latâ idem planè potuerint, quod primis ab urbe conditâ seculis Reges potuêre*, unde & *lex Imperii* audit c. Totô a. cœlô distat à modernorum Impp. capitulatione. *Per illam enim legem summa potestas populo adempta in Principem desferebatur. Per hanc verò summa potestas Principis imminuitur, ut populo ex parte reddatur.*

a l. 14. d. manum. b l. un. §. 4. C. d. cad. toll. c l. 3. C. d. test.

II. *Karolum M.*) Karolus invitatus in Italiam triplici jure imperii culmen obtinuit *I. Jure belli*, ut dictum: *quæ autem Jure belli acquiruntur, victori cedunt.* a deinde *S. P. Q. R. voluntate.* Populus enim lege Regiâ Imperium in Principem transtulerat. b cùm autem eô tempore Imperii sedes vacaret, aut certè à personâ ad imperandum ineptâ, Irene sc. muliere, (quæ filio, ne viam ad imperatorium solium affectaret oculos effodit,) occupata esset, ad populum, à quô ortum duxit, imperium rediit; *cùm itaque Karolus Romam veniens templum ingressus esset, unô ore Cives Imperatorias laudes ipsi acclamârunt, eumq; per manum Papæ coronatum, Cæsarem & Augustum appellârunt.* c Denique *Jure transactionis cum Irene, eamq; secutis Nicephoro & Basileo Impp.* ideoque Legati Byzantini eum Βασιλέα (Sigon. *d. R. Ital. l. 4. p. 103.*) palàm salutârunt, conventumque inter eos, ut *alter Occidentis, alter Orientis Augusti, fratresq; inter se essent.* d Sed quid Pontifex contulit? Nihilomninò. Pendebat enim hæc potestas à sola populi volun-

a l. 24. d. capt. & postl. revers. §. 17. J. d. R. D. b l. 1. d. Const. Pri. c. Matth. Theat. H. p. 817. d Tarsel. Epit. hist. l. 7. p. 269.

luntate: *Voce* autem *Pontificis tanquam primarii civis voluntatem suam declaravit.* e Quid enim ipsius coronatio ad Imperii translationem? Sanè *Corona impositio Imperatorem non fecit, sed factum declaravit.* Fac etiam contulisset aliquid in Karolum; datâ tamen Germanis eligendi Imperatorem potestate, omnis illa papalis autoritas evanuit, quod & lege latâ à *Ludovico IV.* sancitum, *ut, simul ac Germanorum suffragiis Rex est designatus, efficiatur, ut sit verus & legitimus Imperator.* f Et Imp. *Maximilianus I.* cùm haberet conventus in urbe Constantiâ anno 1507. *Principes Germanorum admonuit de Legati Pontificis oratione, qui coronam Imperialem à Pontifice maximô & peti & accipi debere contendebat: frustrà id quidem, & ad pompam magis atque ostentationem fieri, quàm ad imperii decus, cùm satis omnibus cognitum esset, Majestatem Imperii Germanorum in Principibus, non in ipsô Imperatore positam esse.* g Et quis tot Augustissimos Imperatores majestate Imperatoriâ destitutos fuisse somniaret, qui coronationem istam non impetrârunt, quippe nullâ ratione fieri potest, ut iste qui regit, non regiam simul accipiat Majestatem.

e *Grot. l. 2 d. J. B. & P. c. 9. n. 1.*

f *Gold. Constit. Imp. tom. 1. p. 99.*

g *Bod. 1. d. Rep. 9 p. 191.*

III *Ad alios Germ: &c.*) *Henricum Aucupem* primùm, qui ex nudâ Germanorum Principum electione, neglectâ consecrandi à Papa ceremoniâ, *quòd bonorum virorum suffragiis & judiciis contentum se diceret*, habuit Imperium. a Hic filium suum natu majorem *Ottonem M.* Imperii designavit heredem, *cui non minus quàm Karolo M. Imperium urbis Romæ concessum, quod vel juramentum fidelitatis, tribus vicibus à Romanis præstitum confirmat;* b *cum potestate eligendi successorem, non quidem in regno Italiæ & Germaniæ, cùm de iis ne quidquam potuerit decernere Pontifex;* c *sed in d. Imperio: quod eligendi jus posteà Otto III. adjutore Pontifice Gregorio V. stabilivit.* d

IV. *Exemerunt.*) *Est* autem *Exemtio* nihil aliud, quàm *vindicatio status, quâ ille ab immediatâ Imperii subjectione, vel vi bellicâ, vel alterius astutâ industriâ abstrahitur, aut motu propriô se ipsum imperio subducit*, de quâ R. A. d. anno 1512. §. nehmlich welche d. Anno 1548. §. alß auch durch & d. Anno 1566. §. demnach & A. 1570. §. daß wir denn weiter &c.

a *Sleid. de IV. S. J. l. 4*

b *Coring. de Imp. Roman. Germ. c. 10. p 67.*

c *id. p. 80.*

d *Cusp. d. vit. Impp. in Ott. III.*

V. ITALIAM *Pontifex sit: donationis*) Æneas Sylvius postea Pontifex Pius II. *Legistas*, scripsit, *anxiè disputare, an hæc donatio valeat, cùm tamen nunquam sit facta.* a Et certè ita est, ut enim alia, quæ spurium illud capitulum b esse satis arguunt, prætereamus, *ipsa subscriptio falsa est. Constantinus* enim non fuit IV Cos: *cum Gallicano* sed *cum Licinio A. C.* 316. c deinde in eodem capitulo dicitur: *Constantinum concessisse Pontifici Rom. superioritatem in Ecclesiam Constantinopol.* cùm tamen eô tempore, quô hæc donatio facta fingitur, *Constantinopolis* non extiterit, quippe quæ 10. annis post quartum ipsius consulatum *Ann. C.* 316. ædificari cœpta. Reclamat item *Constantini testamentum, quo Constanti filio Romam attribuit.** d Nec sibiipsis Papicolæ de donatore constant, d *modò enim Constantinum, modò Karolum M. modò Ludovicum Pium; modò Ottones, & nescio quos alios, laudant.* Quòd si *Constantino* attribueris, quid quæso opus erit subsequentibus? *Quod enim semel meum est, ampliùs meum fieri non potest.* e Sed audiamus ipsum Ottonem III. f *Hæc sunt commenta, ab illis ipsis inventa, quibus Johannes Diaconus præceptum aureis literis scripsit, sub titulo M. Constantini longi mendacii tempora finxit. &c.* Scio equidem eundem *Ottonem octo Comitatus D. Petro dono dedisse.* g Sed dederit; verùm in hoc, *ut ad incrementa imperii ordinet.* Quæcunque itaque in imperii incrementa introducta sunt, in ipsius damnum verti non debent. Nec ante hunc Ottonem Pontificibus quidquam juris in totam urbem competiisse, ex eadem constitutione constat, cùm *Regia nostra urbs* in eâ dicatur; & *si quid in ea Pontifices habuerunt, ut majori licentiâ evagarentur, omnibus indicantes pecuniâ in commune dederunt, & S. Petrum & S. Paulum, ut idem Imp.* ait, *ipsaque quoque altaria spoliaverunt.* Egregiè itaque vestros tutelares Deos, si illis placet, quorum Præsides vos jactatis, curastis. Insuper donatio illa ex ipsorum Pontif. Responsis impugnari posset. Nam *Honorius III. Papa, contra donatarios Regis Hungariæ talem dedit decisionem, ut alienatio Regis Hungariæ, ne quidem jurejurando vallata, valere debeat, quia in maximum regni detrimentum tenderet.* h Memoriâ forsan exciderat Papæ, ipsius omnipotentiam non alio fundamento niti. Ex tripode itaque candidum *B. Lutheri* judicium: i Wer Ohren hat

su

a *Aenis.* 1. *de Maj.* 5. *n.* 6.
b c. *Constantinus.* 13 *dist.* 96.
c *Anton. Cont Fast. Coss.*
* *Sleid. d. IV. S. J. l.* 3.
d *Cluv. Hist. p.* 332. *a.*
e §. 10 *J.*
d *Leg. l* 66 §. 6. *d. leg.* 2.
f *Gold. Const. Imp. T.* 1. *p.* 41.
g *Gold. d. l.*
h *Wurmf. p.* 42.
i *Tom. VI. Jen. fol.* 520.

zuhören/ der höre eine weitliche /fette / dicke/ wohlgemestete / eine rechte Päpstl. Lügen. Hoc fundamento dejecti ad nova confugiunt fulcra, *Præscriptionem* nim. *Res autem malâ fide possessa præscribi non potest.* k Ignosce verò sanctissime Parens, quòd Te malæ fidei accusem, cùm tantùm alienam rem, sciens eam alienam esse, possideas. Egregia sanè ex Pontificis mente, longissimi temporis præscriptio, cujus neque initium nec titulum ipse novit, neque forsan alius Argô etiam oculatior perspicere poterit. Sed nolo tibi ampliùs molestus esse. *Maximiliani II* minas tantùm in mentem tibi revoco: *Si ulteriùs in Imperii jura invaderes!* l

VI. *GALLIAM* quondam juris Rom. fuisse, patet. a imò *vigesima Imperii pars fuit.* b Hanc *Franci Honoriô Imperatore* in Belgiam & Celticam progressi occupârunt, cum quibus deinde Imperatores non unum fœdus inierunt, quale profectò fuit insigne illud contra *Attilam.* c Ipse *Justinianus*, licet se † *Francicum* nominârit, cum *Clothariô vel Theudeberto* pepigit, *nihil juris in Galliam post hac fore Imperatori Rom:* d quam pactionem frustrà impugnat Zoannet, e *quòd alienandi potestas nulli unquam Cæsari concessa*: debuisset autem ille considerare, *Imperatorem non ex prodigalitate, sed necessitate coactum, jus suum resignâsse, veluti Pacificatione Osnabrugensi bona etiam Germaniæ pars eidem regno cessit.* Post multos denique Reges ad *Karolum M.* rerum summa devenit. Verùm tantum abest, Imperiô ad hunc delatô, Galliam ad illud rediisse, ut *ipse titulos regni Francorum & Longobardorum, à Cæsareô nomine accuratè distinxerit.* Sic n. exorsus testamentum: *Imperator, Cæsar, Karolus, Rex Francorum, & Romani tutor imperii.* Ex ipsô quoque testamentô, quô provincias suas inter tres filios divisit, liquet, *singulis sua esse data cum absolutâ regnandi potestate, nullatenus verò Rom. Imperio subdita.* f *Denique Regnum Francorum (quòd etiam Germanicum complectebatur) in duo regna ita divisum, ut alterum sit & dicatur maneatque Germanicum, alterum Gallicanum. neutrum alteri, nec ulli penitùs mortalium, nec Romano Imperio subjectum.* g Certè nos Germani non pinguius jus hujus respectu prætendere possumus, quàm quod in Karolum M. à Rom. transiit: at non ab iis pervenit ad eum Gallia, nec jus in Galliam; *à Majoribus enim rem & jus obtinuerat*; nec posteà ipse aut posteri ejus

k § 2 *J. d. usucap.*
l *Thuan. Hist. 46. p. 781.*
a *L. 5. C. d. jurid.*
b *Bod. 5. d. Rep. p. 898.*
c *Conr. d. Germ. Imp p. 16.*
† *Rubr. Inst: it: rubr. d. confirm. ff.*
d *Carpz. ad L. Reg. c. 5. s 8 n. 16.*
e *tr. d Roman. Imp. n. 228.*
f *Conr. d. German. Imp. p. 58.*
g *Tritthem. in præfat. Chron. Francorum.*

Imperio eam annexisse leguntur. Idem dicendum est, si ab *Ottone Germanô* Imperium nobis partum dicimus; nam ne tunc quidem Gallia Imperii pars fuit. Nec me valdè mover, quod refert Marta, h *Sigismundum Imperiali autoritate in civitate Lugdunensi usum, & Comitem Soanensis status de potestatis plenitudine creâsse: ac circa ea tempora in Parlamento Parisiensi equitem quendam creasse:* Id enim permittente Rege factum fuit. *Cùm enim idem Sigismundus Comitem Sabaudiæ, Ducem creare vellet Lugduni, acerrimè ipsi restitit Prætor Lugdunensis, ut necesse haberet Cæsar, regni finibus incedere, ut suâ potestate liberè uteretur.* i Interim inter Imperium & Galliæ Regem arctissimum fœdus mansit. k *Ratione etiam regni Arelatensis & partium ejus, quod Karolus IV. unius prandii gratiâ Ludovico Andegavensi fratri R. Galliæ, tradidit, ita ut vicarii nomine obtineret,* l *Imperio fidelitatem Galliæ Rex juravit,* quem inde *Sigismundus Imp. fidelem suum* appellat apud Goldast. m Falsus itaque Bodinus, n *qui Philippum Valesium Arelatensis regni ditionem universam ac jura Majestatis sibi coëmisse testatur ab Henrico V., cui argenti pondo CC M. pretii nomine solverit.* Equidem, mi Bodine, aut ego valdè erro, aut tu valdè decipis. Suppedita annos: Henricus ille *circa annum 1109* rerum potitus; *Karolus* autem *Delphinus*, si Sacr: Majest: apud te est fides, *comitiis Metensibus anno 1356. interfuit, fidemq́; Imperat: Karolo IV. præstitit.* Sic autem Augustiss. *Imp. Maxim.* apud Goldast: o Und solle mit Nahmen Karolus Delphin aus Franckr. als ein Fürst des Reichs/ auf den Reichstag gen Metz: *anno* 1356. beruffen/ seinen Sitz und Orth neben andern Fürsten vertreten/und Keyser Karln den IV. in Gegenwart aller Chur und Fürsten des Reichs und Päbstl. Legaten/ den Lehnand öffentlich geleistet/ und die Regalia des Hertzogth. Wien/ oder *Delphinat,* Provintzen etc. von Ihrer Mayst. als ordentlichen Lehnherrn empfangen haben. Quòd si verò omnê Arelatensis regni ditionem, omnia jura majestatis habuit titulo *emtionis* utique eôdem titulô Delphinatum quoque tanquam illius partem possedit, Quid igitur *fiduciâ contractâ*, uti ipse fateris, p opus, vel quare se *perpetuum vicarium Regni Arelat: cùm emtionis jure id obtineret,* præfici passus est? q Hodiè verò Reges Galliæ, quocunq; jure & titulo istud regnum, tanquam rem extra commercium positam, possideant, neminem superiorem agnoscunt.

h d. Jurisd. p. 1. c. 28. n. 87.

i Bod. 1. d. R. p. 5. p. 202.

k A. um. d. Com. c. 4. n. 67.

l D. Strauch. Exerc. Ex: 2. p. 57. Limn. d. J. P. I. 9. 9. in addit. & ad b. l.

m in mãdat: ut veniat ad Concil. Constant. anno 1413.

n 1 de Rep. 9. p. 201.

o Epist. Dedic. der Reichsh.

p eod. c. p. 18.

q d. l. p. 200.

VII.

VII. *HISPANIA quoque victrices Aquilas agnovit.* a Secundò enim bellò Punicò, superatis & expulsis Pœnis, tota Romanorum facta est, sub quorum Imperio tribus provinciis distincta mansit, usque ad *Honorii Imp.* tempora. b Verùm hodiè ab Imperiò avulsa est, nec ejus Jdictionem agnoscit; *Cùm Hispani regna sua, maxima Resp. infelicitate ab Arabibus Imperio erepta, absque ullò Cæsarum auxiliò, immensis laboribus, effuso per 700. annos proprio & subditorum sanguine, à Christianæ religionis hostibus liberaverint & exemerint.* c Cui & aliam rationem Joh. Lupi d addit: *Honorium Alarico, Gothorum Regi, Gallias & Hispanias, quas jam perdiderat, pro pace optima oranti concessisse.* Nec est, quòd quisquam Hispanos à *Karolo M.* in potestatem redactos dicat, cùm contrarium ex internecione Gallorum *ad Pyrenæas angustias* vulgò *en Ronces Valles*, constet, ubi Karolus, duodecim Paribus Galliæ occisis, inter quos etiam *Anselmus, Eginhardus & Rolandus, Cæsaris ex sorore nepos*, exercituq; amissò insignem cladem accepit. e Seipsos verò Imperio subjecisse, nemo hactenus vel per somnium fortè asseruit. *Linea modernorum Regum non est Hispanica, sed Germanica, ex Imp. Maximil. I. Austriaci domô deducta. Philippus enim, Maximiliani F. per connubium cum Johannâ Ferdinandi Catholici ultimi ex Hisp. sanguine Regis filia, dotalitia regna Hispaniarum, Siculum item & Neapolitanum conjunxit.* f Respectu itaque Ducatus *Burgundiæ, & Mediolanensis*, quos ante acceptum regnum dictus Philippus tenebat, Hispan. Rex status est imperii, & in Comitiis Imperialibus, non ut Rex, supremum locum occupat, sed *ut Dux Burgundiæ & Mediolanensis suo ordine inter Principes Imperii sedet*: g

IIV. *ANGLIAM* ad Imperiū pertinuisse constat, *cùm Imperator Præsidem ibi habuerit. a sive à Claudiô sive quocunq; aliô Imperio fuerit juncta.* b *Et Constantini M. munere etiamnum Angliæ Reges diademate imperiali utuntur*, uti Polyd. Verg. refert: c Accedit, quòd *Severus Imperator fratre Antonino in Anglia Palatiū habuit, ibiq; rescriptū dedit.* d *Britannia* quondā dicebatur; sed Pictis atq; Scotis *Imperatore Valentinianô* eam invadentibus, cùm de Rom. auxiliis desperarent Britanni, ab *Anglis populo Saxoniæ, opem petivêre*, qui pulcritudine loci illecti, maximam Insulæ partem, quasi stipendia sibi non

a l. 2. §. 1. C. d. Præf. Præt. Afr. l. 7. §. 10. d. interd. & releg.
b Cluv. Geogr. l. 2. p. 54.
c Covarr. Relect. p. 2. §. 9. in fin.
d d. Regn. Nav. p. 6. §. 4.
e Don. Acciajolus in vit. Karoli M. Matt. theat. Hist. p. 823.
f D. Strauch. Ex Exot. 1. n. 13. p. 19.
g Knipsch. d. Jur. & priv. Civ. l. 4. c. 2. n. 41.

a l. 2. §. 4. d. vulg. & pupill. subst.
b Sueton. in Claud.
c l. 3. Hist. Angl. p. 46.
d Herodian. l. 3. c. 14. 15. l. 1. C. d. R. V. & ibi Gothofr. l. f.

non solvissent, Britannis oppressis suæ ditionis fecerunt, *& de suo nomine nomen Insulæ dederunt.* e Hæc non magis ad Imperiũ rediit, quàm *Hispania* aut *Gallia*, in *cujus fide Anglus respectu Britanniæ Armoricæ fuit, quousque Johannes, qui fraude regnum invaserat, se regnumq́ suum dedit in Pontificis Romani potestatem, contractâ anno 1212. fiduciâ, ut annui tributi, & census nomine IV. aureorum millia solveret.* f *Sed hoc Pontificium jugum Henricus VIII. anno 1534. excussit.* g Nec ut Victori videtur h *Imperii Vicariatus Eduardo III. concessus* ipsius libertati quid detrahit, cùm extraneus quoque id officium gerere possit. Rex Gall. enim per totum Arelatense regnum à Carolo IV. Vicarius est constitutus, qui tamen ratione Galliæ, non magis ad nostrum Imperium spectat, quàm Polus Antarcticus ad nostrum Hemisphærium. Quin imò ipse sibi Victor contrariatur: *Firmiter enim Britanniam, dicit, hæsisse Imperii, cùm à Ludovico Bavaro Eduardus III. imperii vicarius ordinaretur, donec Gallorum R. metu, Innocentio III. tributaria offerretur,* quod tamen C. annis amplius antè factum, quàm Ludovicus iste Imperium capesseret. E. tum, si ullo alio tempore Imperio, ipso fatente, non fuit subjecta. Certè *cùm Sigismundus Imp. inter Henricum V. Anglum, & Galliæ Regem pacem facturus accederet, non prius fuit admissus, quàm Duci Glocestriæ stricto gladio interroganti profiteretur, se nihil contra libertatem Regis tentare, sed esse amicum ejus, &, si vellet, inter duos Reges mediatorem.* i Nec spernenda libertatis tessera, quòd *Maximil. I. & Karolus V. ab Anglia R. aureæ periscelidos ordinem susceperint, cùm ordinis instituendi jus nullis detur, nisi qui jura Majestatis habent.* k

IX. *DANIÆ quoq́ regnum* Imperii portio fuit. a *Dani rebellantes ab Ottone I. & Christianam religionem, & imperii jugum suscepêre.* b Et *Heraldus Rex ab Ottone II. Alstedum in Thuringia ad Comitia vocatus comparuit, seq́ fidum Imperio & tributa promisit.* c Cumq; denuò Dania rebellâsset, *à Friderico I. eam sub Imperium redactam,* patet ex Responsô, quod ipse Romanis dedit: *experta est hoc,* inquiens, *Dania nuper subacta, Romanoq́ reddita orbi,* d qui & Petrum, Daniæ Regem, transmissis coronâ & gladiô, salutatum, juramento sibi obstrinxit his verbis: *Rex Danorum Magnus, se in potestatem Imperatoris tradidit, obsides dedit, juramentũ fecit, se*

succes-

e *Sleid. d. IV. S. l. 3.*
f *Bodin. l. de Rep. 9. p. 171. seq. 210. Polyd. Vergil. l. 15. Hist. A. p. 273.*
g *Sleid. H. l. 9. p. 138*
h *De caus. Exemt. Imp. Concl. 2.*
i *Nolden. d. stat. nob. c. 2. n. 67.*
k *Arnis. d. jur. Maj. l. 1. c. 2. n. 6.*
a *Eginh. in vit. Karol. M.*
b *Crantz. l. 4. c. 2. d. Dania.*
c *Spangenb. in Chron. Saxon. c. 145.*
d *Otto Frising. l. 2. c. 21.*

508

successoresq́; suos non nisi Imperatoris & successorum ejus permissu regnū adepturos. e Nec est, quòd Bodinus putet, *ornamentorum Regiorum illecebris ipsum captum*, cùm id ab antecessoribus ejus dudum præstitum erat. Hodiè non solùm quoad Daniam; verùm & Norvvegiam, & provincias Islandiæ & Gronlandiæ non agnoscit superiorem, nisi *quòd ratione Ducatus Holsatiæ pareat imperio.* f Als zum Theil auch des Reichs verwand Mitglied. Ast jurene an saltim de facto sese exemerit, iis judicandum relinquo, quibus arcana regnorum accuratiùs sunt perspecta. g

X. *POLONIA* suberat Imperio, cùm in extremam usque Scythiam *Karolus M.* fasces prorogaret. a cùm *Otto III. Poleslaum Regis titulô augeret.* b quibus Bodinus contradicens c *Polonos*, scribit, *sceptra Regia sibi ab Impp. Germ: oblata recusâsse, à Pontificibus a. Rom: ea accipere non dubitâsse.* Itane tibi ipsi non constas Bodine? cùm p. seq. 210. *Reges Poloniæ à Pontificib. R regiâ dignitatenon donatos sed spoliatos adseris.* Addis porrò: *Sæpè quidem Germani sub imperium subjicere tentârunt, sed inanes eorum conatus elu serunt Poloni* Sed si imperio non subfuerunt, cur *tributum solverunt?* d Cur *Bobislaus Polonus, unà cum Boleslao Bohemo à Lothariô Imp. Bambergam ad Comitia vocatus venit, sessionemque in ordine Principum habuit?* e cùm *ex jure sessionis & votandi propriè status imperii definiatur.* f Cur denique *Friderico I. fidelitatem juravit* & CCC. hastatos equites ex juratâ fidelitate in auxilium misit? g Illud tamen non nego, *Lakoldum* ut regnum scelere perditum fraude recuperet, *relictô Ludovicô Imp. à Papâ Johanne XXII. idpetisse, atq; ita tacitè imperio repudium misisse.* h Cujus filium, *Cazimirum, Ludovicus IV.* per sententiam Cæsaream *publicè Francofurti ad Mœnum deposuit*, regnoq; ac titulô privavit. i

XI. *HUNGAROS Karolus M.* sæpiùs rebellantes bellô attritos compescuit. a *Henricus Auceps* non unâ vice profligavit. b *Henricus III. Petrum Regem* ejectum restituit, & imperiali honore ab Hungaris affectus est, *qui in signum subjectionis Imperatori in festô Paschatis Regnum Hungariæ cum deauratâ lanceâ tradiderunt:* c *Friderico III. Imp.* Comitia Viennæ anno 1470. Indicente

e *Bodin. l. d. Rep. 3. p. 309.*
f *R. A. anno 1542 §.* Die weil aber.
g *Carp. d. L. Reg. c. 7. §. 11. num. 16.*
a *Vict. de caus. exemt. Conclus. 2.*
b *Cranz. Sax. l. 4 c. 33.*
c *l. 1. de Rep. 9. p. 203.*
d *Bonfin. l. 2. Dec. 2. de Reb. Ung.*
e *Dubrav. l. 11. Hist. Bohem. Gold.* in Reichs. *p. 20.* Schwaben spiegel *l. 2. c. 8. §. 3.*
f. *R. A. anno 1555. §.* Dieweil *& ann. 1576 pr.*
g *Arum d. Com. c. 4. n. 69. Radevic l. 3. de Reb. gest. Frider. cap. 5.*
h. *Bodin. d. l.*
i *Limn. d. J. P. l. 9. 10.*
a *Eginh. in ejus vit.*
b *Sleid. d. IV. S. J. l. 4. & Cluv. in ejus. vit.*
c *Turoz in Chron. Hung. p. 2. c. 36.*

te *Matthiam Regem Hungariæ iis interfuisse*, testantur Arum. d & Carpz. e Deniq; Imp. potestatis vestigium apparet ex R. J. f verb. derselben (Ungern) Bothschafften Abschiedsweise angezeiget / quippe decretum superioris est, & qui istud accipit, inferior habetur. Nec quidquam obstat, quòd Bodin. g refert, *Hungariam à Rege Stephanô in Papæ clientelam delatam esse*, cùm jam pridem *Principes Hungariæ*, uti ipse d. l. scribit, *Pontificis legato anno 1308 acerrimè resistentes minimè id Pontifici Romano jus esse, denunciârint*. h Et si omninò dedisset, quis Henricum III. Imperii jus dictô modô vindicâsse dubitâret? De factô tamen membrum Imperii esse desiit, quod Imp. Maximil. II. & ordines disertè fatentur, i. *verb.* Nichts nicht zugethan noch verwand. *Hæc* tandem jure matrimonii, vel pactô hæreditariô *ad Austricos*, penes quos etiamnum est, devenit. k

XII. *VENETIARUM* desperatum propè & calamitosum initium. *Attila* enim per Italiam igne ferroq; sæviente, potentioribus in maris æstuaria secedentibus, inter medios fluctus urbs ista emersit. a ac Anno 252. post fundamenta jacta *Paulum Anazatum primum Ducem salutavit*. b Hanc urbem nunquam sub imperio fuisse, quidam contendunt, *quòd in mari ædificata. Imperator autem non sit dominus maris*. c *Et Insula fiat occupantis*. d Verùm enim non verò *dominium aliud est proprietatis, aliud jurisdictionis*. quamvis itaq; Veneti occupatione illâ proprietatis dominium acquisierint, non tamen Imperii jus consecuti sunt. Nihil enim commune habet causa dominii & jurisdictionis. Et Imperator *cùm sit dominus Italiæ, Italicarum quoq; Insularum dominium habet, cùm pars sint Italiæ*. e Et hæc ratio si vera esset, nullæ Insulæ Imperatori essent subjectæ. f Nec Venetorum Respubl. mari terminatur, sed bonam partem vicinarum regionum occupavit. g Alii *transactione* cautum fuisse dicunt, *ut Veneti suis uterentur ll. & bello paceque neutrius conferentur juris*, quod partim non admittit, partim etiam refutat autor Scrutinii libertatis Venetæ. Et si omninò transactum sit de libertate, quis tàm iniquus sit rei arbiter, *qui eâ transactione ditiones Rom. Imperio à Republ. illâ ereptas in libertatem vindicatas adserat?* Alii *privilegio acceptam ferunt*; Verum ubinam gentium illud lateat,

omnes

d d. com. c. 4. num. 70.
e d. L. Reg. c. 7. f. 11. n. 5.
f An. 1522. §. Damit nun solche.
g l. de Rep. 9. p. 210.
h Bod. d. l.
i R. A. anno 1566. § über voriges.
k Limn. d. J. P. 5, 2, 22. Strauch. Exerc. Ex. 1. p. 24.
a Arnis. d. Rep. c. 4. s. 5. num. 3.
b Sleid. d. IV. S. J. l. 3.
c. l. 9. ad. l. Rhod. d. jact.
§. 1. J. d. R. D.
d. §. 22. eod.
e l. 9. d. judic.
f Carpz. in Cap. p. 165.
g Arnis. d. jur. Maj. c. 2. num. 4.

omnes ferè latet. Forsan, ut ipsi Papæ de jure vectigalium & jurisd. in mari Adriatico interrogati, rescripserunt, *eodem cum membraneâ Constantini donatione volumine continetur.* h Etquamvis Alberic. de Rosat. i *se vidisse illud privilegium affirmet*, multi tamen dubitant; ac etiamsi de eô constaret, vix credendum dicunt, illud *de omnimodâ extemtione* conscriptum esse. k Nam cùm illam libertatem ipsi se habere dicant ab Imperiô Rom. ex privilegio, quodammodò precariò tenent ab eô, & posset Imperat. privilegium illud revocare, cùm vellet, *cùm liceat ei mutare voluntatem.* l & *omninò si ex privilegio hanc libertatem obtinent, atque ipsis concessum est ideò, ut in commodum Imperii utantur*, quòd si in detrimentum ipsius detorquent, quis illud ipsis adimi posse negaret. *Præscriptionem* quod attinet, larvata est, non unis enim vicibus interrupta ipsorum possessio, nec ipse dies cœptæ præscriptionis patet. Certè ipsos sub imperiô fuisse vel inde liquet, quòd Anno 915. *Bodoarius, Venetorum Dux, à Conrado I. Imper. jus monetandi accepit.* m *Sic & Cianus ornamentis Regiis à Barbarossa se indui passus est.* n *Ostendit præterea Camera Imperi. contra Lauredanum Venet. Ducem in causâ* Herrn von der Leitern/ *An. 1509 publicata bannitoria sententia.* o Et obtenta à *Maximil.* eodem anno contra Venetos Victoriâ *Anton. Justinianus Patricius Venetus* in Oratione, 25. Mart. ad Imper. nomine Ducis & Senatûs habita: *Quotannis, inquit, T. Maj. legitimisq; in Imperio successoribus L. M. aureorum perpetuò ex ærario deponemus, alia Tua jussa, decreta, sanctiones & Præcepta lubenter amplectemur.* p Hinc de facto tantùm, non v. de jure exemtionem opponunt.

XIII. *GENUENSES* libertatem suam à Rudolpho I. se coëmisse jactant. a Pòst *Gallo* subjecti sunt, donec anno 1528. in libertatem se vindicarent, *quam libertatis vindictam Karolus V.* anno sequenti, cùm esset *Genuæ confirmavit.* b Tantum tamen abest, ut per illam confirmationem libertatem omnimodam adepti sint. Ita enim *Maximil.* I. apud Goldast. c Die Stadt Genua gehört dem Reich ohne Mittel zu. Et d Es befindet sich/ das Genua eine Kammer und Stadt des Reichs ist. Accedit quòd idem Imper. cùm causæ suæ cognitionem, cum *Marchione Finariensi*, illi tanquam arbitro, non tanquam judici committere vellent,

ipsis

h *Cam. Hor. succis. cent. I. c. 61.*
i *in l. 1. C. d. S. Trin.*
k *Lim d. J. P. I. 9. 71.*
l *l. 22. d Leg. 3.*
m. *Hanssm. d. re monet.* §. 9.
n *Carp. ad l. Reg c. 7 s. 6. num. 28.*
o *Goldast. in Const. Imp. t. 2. p. 118.*
p. *Carpz. d. Cap. 7. n. 23.*
a *Sigon. ex Cuspin. de Regn* It. *l. 20. p. 125.*
b. *Mart. d. Jud. l. 1 c. 34. num. 27.*
c In Reichs-Händ: *p. 280.*
d *d. l. p. 281.*

ipsis denunciari jusserit, *nisi feciali parerent, urbem & agrum Genuensem proscriptum iri.* e Certum autem est, quòd *pœnale mandatum, contra eum, qui Imper. subjectus non est, decerni nequeat.* f Quod vulnus qualitercunque sanare laborent, cicatrix tamen manet, ut *quamvis libera Resp. sit, Imperii tamen Rom. superioritatem recognoscere teneatur,* quod nec novum, nec ll. repugnat. g

XIV. *LUCENSES à Rudolpho* I. XII. M. *nummûm auri datis libertatem impetrarunt.* a Sed propterea à superioritate Imperii non sunt exemti; *Imperii enim fideles* pronunciati sunt. b Et *Karolus IV. legatum ipsis prafecit Cardinalem quendam Gallum.* c Imò Sacratissimô ipsius *Maximiliani* testimoniô: Luca gehört dem Reich ohne Mittel zu. d Denique *Karolus V. Sacri Imperii civitatem vocat.* e Licet autem hæc civitas hodiè sub protectione sit Hispani, Imperio tamen ne hilum quidem decedit, *cùm protectio nullam tribuat jurisdictionem, nec superioris jurisdictione eximat.* f Atque ut commune illud Ital. urbium præsidium expugnemus, *emtionem* puto, quomodo hic titulus ipsis prodesse potest, cùm notissimi sit juris, *rerum comerciis hominum exemtarum, nec venditionem nec ullam aliam obligationem vel alienationem subsistere.* g Has itaque Resp. adhuc imperio subesse, neque subjectionem, nisi de facto, negari posse existimo.

XV. *HELVETII* olim *Imperii cives fuére.* Cùm verò ferinam Præfectorum insolentiam diutiùs ferre non possent, libertatem inclamantes juramentô interpositô anno 1308. fœdus sanciverunt, unde dicti die Aydgenossen/ non tamen prorsus Imperium ejurârunt, quod inde maximè eluceslit, dum ipsi in literis suis ad Elect. Mogunt. ann. 1519. profitentur: Daß wir Aydgenossen also seynd herkommen / daß wir Uns von den zweyen Häuptständen/ von den H. Stuhl zu Rom / und den Röm. Reich nie haben abgesondert/ besonders denen/ als billich und recht ist/ und auch zu thuen schuldig und pflichtig gewesen/ und noch seynd/ auch allewege hinfüro thuen wollen/ & paulò pòst: Seind auch Glieder/ und dessen gäntzliche Ehr und Lob haben wollen/ wie andre Ständ und Glieder. a Accedit, quòd in Com. Wormat. b à *Karolo V.* nec *non posteà à subsequentibus Impp. confirmationem privilegiorum petierint, atque obtinuerint.* c Denique

e *Bodin. l. d. Rep. 9. Thuan. l. 36.*
f *l. fin. d. Jdict.*
g *l. 7. §. 1. de capt. & postl. rev.*
a *Sigon. l. 4. d. Regn. Ital. p. ult.*
b *Sigon. d. l.*
c *Lim. d. J. P. l. 9. 53.*
d *Goldast. in* Reichsh. *p. 181.*
e *in Rescr: ad Clem.* VII. *crim. §. 15.*
f *Viet. d. caus. exemt. p. 259.* R. A. *d. an. 1555. §.* Es soll auch.
g *§. 2. Inst. d. inut. stip. l. 3. §. 5. d. V. O.*
a *Goldast.* in Reichsh. *f. 101.*
b *anno 1521.*
c *Carpz. d. L. Reg c. 4. s. 7. n 14. Bodi. Rep. 7.*

nique J. P. Cæsareo-Suec. anno 1648. Monast. res ita declarata d *Civitatem Basileam ceterasque Helvetiorum cantones in possessione vel quasi plenæ libertatis & exemtionis ab imperio esse, & nullatenus ejusd. Imperii dicasteriis & judiciis subjectos.*

XVI. *BELGIUM* quoque Imperii membrum fuisse, etiamnum vestigia extant in circulorum distributione *d. ann. 1521. quâ Belgio & Westphaliæ singularis Circulus adscribitur*: der Niederländische und Westphälische Crayß. a Posteà *à Karolo V.* in generali Germ. conventu de omnium statuum consensu *Imperii feudum* est constitutum, & confectum super hôc negotiô Instrumentum, quod refert Limn. b Et ne quis Imperii superioritatem in has provincias cum Karolô V. extinctam putet, *ipse Karolus filio suo Philippo, ne quidem vicarii potestatem in Belgas à fratre Ferdinando I. impetrare potuit*, dum ille diceret, *Tantum de Cæs: dignitate & Maj: decessurum, quantum ex eâ alteri concesisset.* c Denique *R. Hisp. feudi jure ab Imperio obtinuit: cùm autem Belgis intolerabile jugum imponere niteretur*, septem provinciæ, quas *fœderatas* vocant, *illius dominium an: 1581. abjurârunt.* d *Libertatem inde summam sibi attribuunt, quasi derelictô ab Imperiô propriis armis libertatem sibi acquisiverint.* e Cùm itaque Cæsaris legati literas ejusmodi Credentiæ, quas vocant, Fœderatis ordinibus obtulissent, in quibus horum tituli haut rectè satis expressi continebantur, præsertim, cùm ut *Vasalli Imperii, Cæsari & S. R. Imp. fideles dilectiq; inscriberentur*, quæsitum haut semel est, *an hujusmodi literas admittere & aperire pro Reip. Majest. foret?* placuit tandem, non aperire literas, & clausas remittere legato, addito, non Ordinibus eas inscriptas esse, *neq; enim illos Cæsari & Imperio ex ejusm: formulâ fideles agnoscere se & dilectos.* f.

XVII. *BORUSSIA* Teutonicorum Equitum ordini, sub Henrico IV. Friderici Ænobarbæ F. instituto, olim paruit. a *Mazovia enim Dux Conradus graviter à Prussiis afflictus, cùm se tueri non posset, hunc ordinem sibi conjunxit, atque ut magis eos excitaret, Prussiam omnem dedit occupandam, quam donationem Fridericus II. Cæs: ann. 1226. confirmavit, atque ita in Imperii fidem pervenit.* b Hinc R. J. dicitur Niemands anders als den H. Reich zugehörig. c Sed & *Albertus ipse Norinbergæ anno 1524. Comitiis interfuit*, & ut Imperii princeps locum habuit inter alios & decretum obsignavit, qui posteà gravi bellô implicitus, auxiliô à Cæsare & Germanis frustrà expectatô, *cum avunculo suo. (erat n. Sigismundi*

d §. 6. a Gold. im Reichsh. f. 249. It. Erklär. des Land-fried zu Augsp. an. 1522. b de J. P. lib. 9 c. 18. Conf. R. A. 1548. §. nach dem auch von uns etc. c Thuan. l. 6. in fin. d Kemp. seb: d. Jur. & Priv. civ. l. 4. c. 2. n. 8. e Baud. d. induc. bell. Belg. l. 1. p. 64. f Disqu. Polit. p. 117. 121. a Thuan. H. l. 1. p. 57 b Sleid. l. 20. pr. c R. A. an. 1500. von Hochm. aus Preussen.

mundi Poloni Sororis F.) pacem fecit, *& de ipsius voluntate Dux Borussiæ salutatus.* d Sed istam conventionem rescidit Imperator, & Albertus anno 1532. ab Imperii Camerâ proscriptus. e

XVIII. *LIVONIA Bremensium* industriâ inventa, Episcopis paruit. Horum quidam *Albertus* nomine, *Rigâ conditâ in societatem Teutonicos equites adscivit. Cujus auspicio equitum in Livonia collegium institutum*, qui deinde continua cum Præsulibus bella gesserunt. Inter hæc anno 1495. exortus est *Valterus Pletenbergius*, qui dissidia inter equites & Rigenses composuit, & Moscô duobus ingentibus præliis victô *Imperii Princeps factus*. a Hinc *Maxim: II.* Rigam appellavit Unser und des H. Reichs Stadt Riga. b Majestas tamen Imperii paulatim evilùit. Cùm enim Philippus Badensis Caroli V. per Hispaniam legatus proscriptionem Rigensibus minaretur, minas illas fortasse in diem esse putârunt, vulgò dictitantes: *Priusquam in Livoniam pervenisset, equitatum ejus lassum fore, & si magno cum exercitu veniret, eum fame & inediâ consumtum iri.* c Postremò *Sigismundus Augustus* paternum exemplum secutus *Livonicum ordinem extinxit, & Gotardum Ketlerum postremum ordinis magistrum, Curlandiæ Ducem creavit*, omni jurisdictione Poloniæ Regibus addictâ. deinde an. 1621. *Gustavus Adolphus Suecorum* Rex Rigam deditione cepit. d

XIX. Quô pactô Imperator pro se, totâq; Serenifs. Domô Austriacâ, itemque Imperium, cesserint Galliæ Regi omnibus juribus, proprietatibus, dominiis, possessionibus, ac jurisdictionibus, quæ hactenus sibi, Imperio & familiæ Austriacæ competierant *in oppidum Brisacum, Landgraviat: superioris & inferioris Alsatiæ, Suntgoviam, Præfecturamq; provincialem X. civitatum in Alsatia sitarum*, plenissimè traditur in Instrum. Pac. Cæsareo-Gallico. a

XX. *METIS, THULLUM & VERDUNUM* Civitates, Imperii R. jure & libertate usæ sunt, usque ad annum 1552. quô *Henricus II.* Galliarum Rex cum *Mauritio Saxoniæ D. & Alberto Marchione contra Karolum V.* fœdus pangens *fucatô protectionis titulô* ab Imperio avulsas sibi subjecit. a Magna quidem lis inter juris publici Consultos fuit, *an justè eas Gallus detinuerit?* b verùm hæc Pacificatione Monasteriensi anno 1648. inter Imperat: & Galliæ R. fuit h. m. sopita: c *Ut supremum dominium, jura superioritatis, aliaq; omnia in Episcopatus Metensem, Tullensem, & Verodunensem urbesque cognomines,*

eorumq;

d *Sleid. lib. 5. in f.*
e *Id. l. 8. p. 132. & p. 345. & seq.*
a *Thuan. l. 21. p. 955. & seq.*
b R. A. 1567. §. Habê wir aus.
c *Thuan. d. l. p. 960.*
d *Cluv. Hist. p. 739.*
a *§. Tertio Imperator & seqq.*
a *Tuan. l. 10 p. 461. seq & 471.*
b *Lim. in add. ad l. 7. c. 32.*
c *§. Primo quod Suprem.*

eorumq; Episcopatuum districtus, & nominatim Moyenvicum, eô modô, quô hactenus ad Rom. Imperium spectabant, imposterum ad Coronam Gall: spectare, eiq; incorporari debeant in perpetuum & irrevocabiliter, reservatô tamen jure Metropolitanô, ad Archiepiscopatum Trevirensem pertinente.

XXI. *Regnum* BOHEMIÆ ab *Henrico I. & Ottone III.* vectigale factum a Imperio subjacere palàm est, *cùm privilegium de eligendô Rege novô ab Imp. R. Bohemis indultum sit.* b At concessio privilegiorum subjectionem arguit; & certissimi juris est, *subditum esse eum, qui cogitur pati judicium; & superiorem, qui judicat.* Atqui Reges Bohemiæ ab Imperatore vocatos & judicatos fuisse, eleganter demonstrat *Ottocari exemplum, qui tribus vicibus â Rudolpho I. citatus, emanensq; contumaciæ declaratus est,* c *qui posteà victus ad genua dicti Imperat. provolutus, feuda regni Bohemiæ & Moraviæ impetravit.* d Bohemus ergò sub jurisdictione Imperii. *Licet enim subditi ejus sint exemti à Jdictione Cameræ* e *ipse quoq; immunis ab oneribus & Contributionibus, nec ad comitia indistinctè venire teneatur,* f *cùm tamen sit legitimus Imperii princeps* gre. *ctè potest in Camerâ conveniri in causis primâ instantiâ ad imperium pertinentibus,* exemplô & præjudiciis *Saxonis, Brandeburgici, Austriaci, Burgundi* & aliorum. h

XXII. *AUSTRIACIS* magnam arma pepercre potentiam, majorem tamen matrimonia, unde quidam Germanus occasionem nactus est dicere; *Austriacos ad culmen potentiæ pervenisse ope lanceæ carnalis.* a Quamvis autem hi ex privilegio *Karoli* IV. Viennæ anno 1366. *Sigismundi,* Pragæ anno 1437. & maximè *Karoli V.* Anno 1530. *à Cameræ Imperialis Jurisdictione se exemtos dicant,* cujusmodi privilegia extant apud Gylman. b & Limn. c *Soli titulum Archiducum præ se ferant.* d It: Daß ein Hertzog von Oestreich die Königliche Kron / diadem / auf seinem Oestereichischen Hütlein öffentlich tragen mag. e Atque illud quoq; privilegium habeant, Daß Sie nicht schuldig seyn / um Empfahung ihrer Lehen / außerhalb des Landes nachzureisen / sondern sollen sie Ihm in denselben Land geliehen werden. f *Jus quoq; comparendi vel non comparendi in Comitiis habeant.* g Idcircò tamen neq; summam potestatem neq; exemtionem omnimodam prætendere possunt. *Sunt enim status Imperii, comparent in Comitiis, subscribunt Recessus,* h Ibi: Von wegen des

a Sleid. d. IV. S. J. l. 4.
b A. B. c. 7. in f.
c Cuspin. in Rudolph I.
d Matth. theat. Hist. p. 969.
e Arum. d. Com. l. 4. n. 57. 58.
f Const. Frid. II. ap. Gold. in Reichsf. p. 30
g A. B. c. 7. §. 1. c. 4. pr.
h Gold. d. R. Boh. l. 4. c. 13. n. 10

a Limn. in Cap. p. 66. n. 4. d. J. P. V. 2, 10.
b Symph. t. 6. cap. 2. §. 1. f. 32.
c d. l. n. 33. & seqq.

d Sixtin. de regal. l. 1. c. 4. n. 30. Pauermeist. d. Jurisd. l. 2. c. 8. n. 3. e Arum. d. J. P. fol. 2. disc. 30. n. 9. lit. d. f Gold. in Const. Karol. V. §. 5. g edd. Const. §. 11. h R. A. an. 1654. §. f.

Hauß Oestreich &c. *Constituunt circulum.* i *Præsentant in Camerâ.* k quæ subjectionem satis arguunt.

sollen wir. *It. an. 1654 §.* Demnach auch in. k R. A. *an. 1570. §.* Nachdem aber. *It. an. 1654. d. §:*

XXIII. *BURGUNDIAM Reges initiô habuêre: Rudolphô verò ultimô Rege mortuô, Conrado Imperatore ejusque filiô Henrico heredibus testamentô institutis Juris Germanici esse cœpit.* a Et fatetur Bodin. b *Quamprimùm Burgundiorum Reges se in Imperat. Germ. fide & obsequio futuros juråssent, regium nomen exuisse:* & etiamnum Burgundia *bona sua parte imperii feudum est.* Quâ de causâ *Karolus Burgundiæ Dux* de omnibus Principatibus, quos intra Imperii terminos possidebat, ingenti ceremoniâ à *Friderico III. Imp.* investituram obtinuit. c. Hôc denique an. 1474. ab Helvetiis interfectô, filia ipsius *Maria, Maximiliano I. nupta, Burgundiæ ditiones Austriacis attulit,* d quas etiam in suos filios Karol. *V.* & *Ferdin. I.* posteà Impp. transtulit. e. Et licet hic Ducatus in plerisque sit exemtus, exemtio tamen illa ipsam Cæsaris Jurisdictionem non minuit, *cùm in unô eôdemque subjectô exemtio & subjectio stare possit.* f *Circulum enim constituit.* g *Votum quoq; & sessionem Dux ille habet in Comitiis*, non inter cæteros quidem Politici ordinis status, sed inter Ecclesiasticos (Auf der Geistlichen Banck) secundum locum obtinet. h Jus tamen comparendi vel non comparendi habet ex transactione Burgund. i Verb: Denn auch zu allen Reichstägen beschrieben und erfordert werden sollen/ ob sie wollen dieselben neben andern Ständen zu beschicken und zu besuchen haben/ rc. *Camera assessorem præsentat.* k *Contribuit tantum, quantum duo Electores; ad expeditionem Turcicam, quantum tres.* d. transact. Et licet Cameræ Jurisdictioni non pareat, attamen *propter pacis publicæ turbationem, & contributionis præstationes intermissas Camera contra ipsum cognoscit.* l Novissimè in J.P Cæsar. Gall. an. 1648. erectô sancitum, m *Ut circulus Burgundicus sit maneatq; Imperii membrum.*

h *Limn. d. J. P. 5. 2 48.* i Zu Augsp. aufgericht *an. 1548.* k R. A. *an. 1570. §.* Nach dem aber bey. *It. 1654* §. Demnach auch in etc. l *Hausm. de remon. p. 780. Knipsch. de Jure & priv. civ. l. 4. c. 2. n. 12.* m. §. *Et ut eô sincer:*

XXIV. *LOTHARINGIA Austrasia quondam dicta, posteà à Lothario Karoli M. nepote Ludovici Pii filio illud nomen accepit.* a Denique Otto II. *hujus ditionis, quam Henricus Cæsar à Karolo Simplici obtinuerat,*

i R. A. *an 1522.* § Nemlich

a *Dn. Strauch. Exerc. Ex. 1. p. 3*

b *a. d. Rep. 3 p. 308.*

c *Gerard. à Roo l. 8. An 1473.*

d *Arum. d. com. c. 4. n. 88.*

e *Carpz. d. L. Reg. c. 8. s. 10. n. 2.*

f *Gail. d. Pign. c. 18. num. 2.*

g R. A. *an. 1512. §.* Darauf haben etc. *It. ann. 1522. §.* Hernach folgt die.

a *Clav. H p. 420.*

tinbrat, Karol*um*, *Lotharii Galliæ R. fratrem*, *Ducem constituit*, *eâ lege*, *ut esset Imperii beneficiarius.* b Unde etiamnum *tanquam Principem & vasallum Imperii ad comitia non solùm citari sed & venire, secus atque Goldast. arbitratur*, c patet ex subscript. R. J. an. 1570. 1576. 1582. 1603. 1654. Demus autem Goldasto, Lotharingiæ Ducem vocatum quidem, non autem comparuisse; nihil quidquam ad libertatem ejus probandã facit, cùm *ex speciali privilegiô sibi concesso comitiis abesse poterat*. d Transact. Burgund. verb. supr. cit. Tantum auté abest, huic Duci supremam & absolutam Maj. competiisse, ut cùm Ducatum suum liberum minimeq; Imperio subjectum jactaret, Cæsar ipsi respondetit: Weilwol Wir und gemeine Stände auf gehabte Erkundigung nochmals dafür halten / das solch Hertzogthum Lothringen dem Reich unterworffen were / und billich seyn solte / in betrachtung / daß die Hertzogen von Lothringen von alters her in des Reichs Anschlägen begriffen uñ noch seyn. d Et licet post hanc transactionem Lotharingiæ Princeps *à Camera Imp. jurisdictione exemtus sit*, ibi: Das Hertzogthum Lothringen mit seinen Anhang / ein gantz frey uneingezogen Fürstenthum sein und bleiben ewiglich / ꝛc. *Princeps tamen Imperii est, & membrum Circuli Rhenani.* e *Imperio contribuit, forum sortitur; sessionem & votum verò quod attinet, hæc propter Marchionatum Nomenii habere eum, probare videntur subscript.* R. I. an 1598. Philippen Emanueln von Lothringen / &c. als Marggrafen zu Numeney / & ann. 1654. Das Haus Lothringen wegen der Margg. Nomenii. & tandem *in Camera propter pacem publicam & contributionem non solutam potest conveniri.* f

XXV. *FLORENTINI libertate à Rudolpho* I *6000. Ducati vel 12000. scutatorum ann 1286. sibi comparatâ*, novum magistratum, quem *Priores artium* vocant, addito *vexillifero justitiæ*, constituere. a Motô deinde inter eos & *Karolum V.* an. 1530. bellô, *quòd ejectâ familiâ Mediceâ Pontificem recipere detrectarent*, b urbeque captâ Imp. rem ita constituit, *ut summum Imperium penes Mediceos esset. Alexander itaque Laurentii urbini* Ducis naturalis F. civitati *perpetuus gubernator impositus*, Margaritâ naturali Cæs. F. ipsi in uxorem datâ. Hôc ob crudelitatem occisô, *Cosmus* è fam. Mediceâ proximus, *Dux creatus*. c quem cùm Pontifex *Pius IV.* Regem ereare vellet, *Maximil. II. Imperat.* à Legato Francorum admonitus, haud incongruè his verbis intercessit: *Non habet Italia Regem nisi Cæsarem.* d Ortis deinde

b *Sleid. l. IV. S I I 3.*
c *l. 4. c. 5. n. 14. in Bohem.*
d Lothr. Vertrag zu Nürnberg. *An. 1542.*
e *Ordin. Cam. an. 1507 tit.* der vierte Crayß. R. A. *1522. tit.* der Rheinis. Crayß.
f *d.* Lothr. Vertr.
a *Sigon. d. Reg. Ital. l. 20. p. 125.*
b *Sleid. H. pag. 110.*
c *Thuan. H. l. 1. p. 61. 62.*
d *Bodin. l. de Rep. p. 201.*

inter Ferrariensem & Hetruscum de prærogativâ contentionibus, inde Cæsare, hinc Pontifice causam ad se trahente, Pontifex insigni præjudicio illam jugulare annixus *Cosmum Magnum Hetruriæ Ducem ann. 1559. creavit*. Verùm Cæsar indignè rem ferens *per Legatum intercessit*, e *Explosâque Pontificis sententiâ Cosmum citavit, qui prolatis Instrumentis, rationibus in medium propositis, se defendere coactus est*. f Denique tamen Cæsar *Francisco Cosmi F. Magni Ducis titulum*, tanquam *beneficiario Imperii* diplomate datô ann. 1575. concessit. g Unde, ut mihi videtur, Ducis hujus subjectio satis elucescit.

XXVI. *SIENENSES* eâdem, quâ Florentini, libertate donati sunt, *cùm Heinrico Vto. X. M. florenorum libertatis pretium solvissent*. a Horum ditionem *Karolus* V. post varia bella ann. 1555. ea conditione captam, *ut Cæsar civitatem & Rempubl. Sienensem in fidem suam & imperii susciperet*, rescissis pactis à Cosmo conventis *filio Philippo tradidit*, b *quæ* deinde ann. 1557. *in Cosmum à Philippo Hispano translata*, c Quamvis a. Thuan. d & Bodin. e *Cosmum Philippi Regis beneficiô eâ civitate potitum, statuant*; inde tn. exemtus non est. quomodo n. in præjudiciũ imperii Cosmus ac liberi ejus Philippi Hispani beneficiô urbem obtinere potuerunt, quã ipse Philippus à Cæsare sine Germ. Principum consensu accipere non potuit? verb. cap. ejusd. Caroli V. § 9. Ohne Wissen/ Willen und Zulassen gemeldter Churfürsten nichts hingeben.

XXVII. *PISANI à Karolo IV. libertatem XII. M. fl. accepêre*. a Licet autem Florentini eos an. 1509. subjugarint, ita ut adhuc eorum jurisdictioni pareant. b Tamen *jura superioritatis Cæsari super hanc non minùs, quàm Florentinam Rempubl. debentur*.

XXIIX. *MANTVA* ist eine Kayser-Stadt a ist des Reichs Eigenthum ohne Mittel/ und der Stadt Mantua Hertzog ist des Reichs Lehnmann. b Huic urbi primùm *vicarii Romani Imperii* præfuerunt; pòst *Sigismundus Franciscum Marchionem dixit*; denique *Karolus V. Fridericum Ducem nominavit*. c qui, ut & ipsius successores, se Imp. Germ. Principes, & in ejus patrociniô & fiduciâ esse profitentur. d Et *Karolus V. Ludovicum Sfortiam* tanquam Imperii Principem in pristinum statum restituit. e. Hujus filium *Guilielmum Maximil. II. Imp. in D. Montisferrati* an. 1573. *elegit*, & magnis privilegiis ornavit. Ejus verò nepote sine masculo herede extinctô, frater ipsius *Ferdinandus* uxore filioque defuncti præteritis successit. Hinc illud belli incendium inter *Sabaudum & Mantuæ D. ortum*, quod sæpiùs suppressum, can-

e *Thuan. l. 46. p. 783.*
f *Lim. d. l. P. I. 9. 84.*
g *Thuan. l. 60. H p 109*
a *Bod. l. d. Rep. 9. p. 192.*
b *Thuan. l. 16. H p. 725.*
c *d. l. l. 18. p. 838.*
d *d. l. pag. 841.*
e *1. de Rep. 9. p. 194.*
a *Mart. d. fidelit. p. 1. c 33. n. 108. 112.*
b *Mart. d. l.*
a Hortleber von urs. des teutschen Kriegs *To. 1. c. 15. p. 76*
b *Ib. c. 27. pag. 105.*
c *Ant. d. Princ. Ital p. 215.*
d *Bodin. l. de Rep. 8. p. 92.*
e *Knipsch. d. Jur. & priv. Civ.*

tandem J.P. Cæsar. Gall. extinctum. f Hodie, ut reliqui Italiæ Principes ferè omnes, *non nisi comiter Majestatem Imperii observat.* g

XXIX. *SABAUDIÆ Duces* originem suam ad Saxones referunt. a Quorum Genealogiam demonstrat Limn: b *Amatus II.* primus ex hâc fam. *Comes Sabaudiæ ab Henricô IV. in Italiam profecturô creatur; Amatô IV. Karolus IV.* an. 1366. *perpetui Vicarii titulum concessit*, quem ejus posteris *Maximil. I. & Karol. V.* confirmârunt. c Tandem *Amatus VIII. Sigismundi Cæs. beneficiô* in conciliô Constantiensi *Dux constituitur.* d Operam lusque Itali in eximendô hôc Duce perdunt, lubricô admodùm fundamento nixi, *quòd se DEI gratiâ Ducem esse scribat*, quæ ratio si concluderet, utique Electores aut Principes Germaniæ Imperatorem pro superiore non haberent. Imò *summa potestas cum munere Vicarii pugnat; Si n. in ditione suâ Vice Imperat: habetur, ut eum, cujus Vices sustinet, superiorem agnoscat, necesse est.* e Sed quid contra Imperii fidem, titulô **des H. Reichs Fürsten und Lehnmanns.** f **Unsern Fürsten und Glied des Reichs.** g ipsum insignientis, mussitare audebunt? aut fortè ipsum invitum, se subditum vasallumq; fatentem, h & homagiū præstantem, i vi & per injuriam eripere conabuntur? Notabile sanè est Comitis Sabaud. *Petri* factum. *Hic cùm coram Imp. Ottone IV. seu ut alii, Rudolphô I. feudum petiturus compareret duplici habitu; latus dextrum inauratū Vestibus egregiè ornatum, sinistrum armis lucidiss. munitum: Imperator, quid sibi mos iste Vestiendi Vellet? sciscitatur; Comes respondet: aurum se gestare in dexterâ parte, ad honorandam Imperii Majest: in sinistrâ Verò se esse armatum, ut contra maleVolos & detrectatores ejus usq; ad extremum Spiritum pugnaret.* k Et ne quis olim tantùm Imperio subjectū fuisse somniet, subscriptio novissimi R. J. etiamnum Imperio eum parere testatur. *ibi:* **Carln Emanueln / Hertzogen von Savoien / zu Cablais / und zu Augst. etc.**

XXX. *MEDIOLANUM jam olim feudum Imperii.* **Meyland ist des Reichs Eigenthum.** a ac propterea *per Vicarios* gubernatur, qui vulgò *Vice Comites* audiunt. b Nam *qui nunc Duces Mediolan: quondam Vicarii dicebantur.* c Ditio namq; ista imperio subjecta fuit usque ad *Rudolphi I.* tempora, cujus successor *Adolphus Nassovensis Matthæum huic provinciæ præfecit, ut Remp. Imperii nomine gubernaret.* d Is titulus, ea potestas mansit penes posteritatem Matthæi usque ad *VVenceslaum*, *qui tempore* [illegible] *Galeacium Ducem creavit, urbe ditioneq; grandi pecunia Venditâ, additaq; potestate, ut in heredes transferri posset*, cùm anteà tantùm præsides fuissent, e *reservatô tamen Imperii jure*: Sfortiadum v. familiâ extinctâ *Karolus V. Ducatum istum tanquam feudum Imperii*, nequidquam reclamante Franciscô Galliarum Rege, *retinuit, & deniq; secundum* Elect. Moguntini vaticinium g *in filium Philippum transtulit.* h Unde Rex Hispan. in hodiernum usque diem Ducatum istum obtinet, ita tamen ut superioritas Imperiô salva maneat: *Sive n. feudali, sive Vicarii nomine* ditionem hanc possideat Hispanus, Imperii Majest: nihil detrahit. Imò feudi titulô se tueri nequit, *cùm rem malâ fide alienatam sciens possideat*; Ipsius enim Karoli Patris Capitulatione i cautum: *ne Imp. feuda Imperio aperta alienet, sed in usum ejus Vertat, servet, & incorporet. ibi:* **(Die Lehen) sollen und wollen wie ferner niemand leihen etc.** Sed nec vicariô nomine k quidquam summæ potestatis prætendere potest, *cùm Vicaria Majestas, ne fingi quidem queat*, sed eô ipsô expiret, & Κυρίου πολιτεύματος nomen, quando superio-

f §. nunc controvers.
g Knipsch. d. l. 4. c. 1. n. 101.
a Ep. Karol. Eman. Sab. D. ad Matth. Imp. an. 1614.
b d. l. p. 514. 1.
c Limn. p. 4. p. 911.
d Carpz. ad L. Reg. c. 7. s. 7. n. 4.
e l. 1. C. d. offic. Vicar.
f R. A. 1541. §. nach dem aber.
g R. A. 1544. pr.
h d. Ep.
i Knipsch. l. 3. c. 24.
k Camerar. subcis. c. 6. p. 58.
l an. 1594.
a R. A. 1545. §. und wie nun.
b Strauch. Exerc. Ex. 1. n. 10.
c Bocl. t. de rep. 3. p. 192.
d Arm. de J. Mediol. c. 9. n. 5. Bodin. d. l. p. 192.

periorem agnoscere incipit, perdat. i *Non minus itaq; juris provinciam illam recuperandi Imperium habet, quàm domino in servum fugitivum perpetua manum injectio est.* k

XXXI. *PARMA urbs* variam sensit fortunam. *Henrici VII. Imp. tempore sub Imperii obedientiâ constitit.* a *Deinde aliquoties Vice Comitib. Mediolanensibus addicta, posteà à Gallis subacta, deniq; Ecclesiæ R. cum Placentia incorporata*; quod jus tamen nullum erat, quandoq; ad feudum pertinerent Imperii, essentq; per Ducatus Mediolani, & de illis nullum Eccl. Rom. titulum validum, nec ab Imp. nec ab eo, qui dare posset, obtinuerit. Utrumq; tamen Ducatum *Petrus Aloysius Farnesius à Paulo III.* gubernandum suscepit. Sed unde jus investiendi habuerit, mihi nondum subolet, *quòd neq; oppignorationi, neq; novo fœderi fides sit habenda, cùm archetypum Karoli V. manu subscriptum ipsius Legato Mendeza eam ob rem Romam misso exhibere aut noluerint, aut non potuerint.* b Rem illam gravissimè Imp. tulit, quippe qui has civitates ad Mediolanensem Ducatum pertinere, contenderet, & imò si Pontifex jus illud habuit, quare à Cæsare ut id confirmaret, petiit. Fac tamen habuisse, non certè video, quomodo illud non amisisset, *eo ipso, quòd Cæsar interfecto ob crudelitatem Aloysio eam recepit.* c Et quamvis Parma imperata facere tùm detrectavit, Imperio tn, adhuc subesse non dubitandum, usque dum exemtionem probaverit, *imperatoria enim superioritas in Italiâ adeò fundata, ut exemtionem alleganti probandi onus incumbat.* quod etiam probat Cancellariæ aulicæ primariæ stylus, quò ad hunc Principem inscriptiones fieri solent: *Illustriss. Princeps N.N. Duci Parmensi & Principi nostro charissimo.* d

XXXII. *Oppignorationes*, quas status ab Impp. obtinent, non tantùm *irreluibiles*, Unablösige/oder solche Pfandschafften/bey denen keine Wiederlösung expressè angedinget worden/sed & *reluibiles* ipsis confirmantur, & ratæ esse jubentur; prout videre licet in Capitulat. *Karoli V.* a *Ferdinandi I.* b *Matthiæ* c *Ferdinandi II, III, IV.* d *Leopoldi* e *ibi*: Darzu den Ständen ihre *Regalia* und Obrigkeiten/Freyheiten/*Privilegien*, Pfandschafften und Gerechtigkeiten in guter beständiger Form/auf gebührendes Ansuchen/*confirmiren* und bestätigen etc. Huc etiam facit quod J. P. Osnabr. an. 1648. inter Imperat. & Regin. Sueciæ idem sancitum, verb. defendere & manutenere.

XXXIII. *Orientalis Imperii provincias an Imper: Romano-Germanicum jure Imperii, quod in Karolum M. transi[illegible], vindicare possit dubito:* cùm ne quidem in omnia Romanis aliquando possessa Germanis jus datum. Constat enim inter omnes, Imperium ante Karolum [illegible] divisum, nihil[illegible] potestatis Occidenti in Orientem competebat, sed hic potius [illegible] dabat, quippe qui regia Majest: sedes. At largiri Roma professò non potuit [illegible] quo ipsa carebat. Multa quidem Germanos in veterum Impp. thron[illegible] colloca[illegible] non alio nituntur fundamento, quàm quòd in locum illorū succe[illegible] sunt. Verum n. verò illud, *quod succedit in locum, sub[illegible] in jure de[illegible] non est, ut qua ante M. annos ferè [illegible] ri, eò quòd in eiudem adhuc successerit* [illegible] non dat jus recuperandi ea, quæ ant[illegible] [illegible] Status exemtos. Plurium quidem supererat [illegible], sed volens abortior & sepono. Erit fortassis aliquando, qui veteris Clarigerationis formulâ utetur, *Rem. populi R. redde.* Ita voveo, mecumq; omnes, quorum pectora Germano incalescunt sanguine,

TANTUM.

e Senten. Exaus. Wencesl. §. 1. Gold. Const. Imp. p. 140. f Sleid. Hist. l. 1. p. 17. a. g §. 24 Lim. ad illam p. 43. & 274. h Bod. l. de Rep. 9. p. 194. i Arum. d. I. P. Vol. 2. Disp. 34. p. 1045. k Sabl. T. ult. fol. matr.

a Sent. in Robert. Sic. Reg. 3. ap. Gold. Const. Imp. p. 95. b Thuan. Histor. IV. p. 213. c Thu. l. 4. Hist. p. 208. Sleid. l. 9. p. 335. d Carpz. ad L. Reg. c. 7. §. 6. n. 39. [illegible] b [illegible] c [illegible] Tars. l. 9. 9.